GEORGIUS ZINGEL DE SCHLIERSTADT

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh. (terminus ante quem 1488) Seite 310r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35046
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

est ceteris paribus illi qui est in
carcere magis tenebroso. Similiter
inter duos privatos hereditate ma-
ior pena damni est illi ta-
lis privatio qui plus est elon-
gatus ab illa hereditate. Ita ut
minus consolacionis vel spei
de recuperatione vel cuiuscumque
subvectionis participatione sibi
remaneat quam illi qui tali modo
est minus elongatus. Et eodem
modo est de duobus exulanti-
bus quorum unus alio longius
est a patria expulsus. Cum ergo
eiusdem boni privatio est maius
damnum seu maior pena da-
mni magis indigenti, utputa de
carencia seu privatione me-
dicine alicuius qui magis infir-
mus est maius damnum.
Et sic exemplificatum est in
corporalibus. Ita eciam suo modo
apparet in spiritualibus quod eius-
dem boni debiti habendi priva-
tio seu carencia est uni
maius damnum seu ma-
ior pena damni quam alteri
quolibet modorum predictorum.
Tercio supposito pena damni
correspondens peccato mortali seu pec-
catis mortalibus racione eiusdem de-
biti habendi in duobus peccatoribus
est quandoque uni eorum maius da-
mnum seu maior pena dampni
quam alteri eorum racione unius considera-
cionis, racione vero alterius considera-

cionis est econtra. Exemplum: carencia seu
privatio boni finem debiti habendi
in via per graciam in patria per
gloriam est uni fideli qui quandoque
fuit in gracia maior pena da-
mni quam uni pagano qui num-
quam fuit in gracia, et hoc atten-
dendo ius quod fidelis quandoque ha-
buit ad tale bonum. Atten-
dendo autem elongacionem, quia pa-
ganus propter peccatum infidelita-
tis quod habuit ultra peccatum
fidelis, supposito quod cetera
sint paria, plus est elonga-
tus a tali bono, est illi ma-
ius damnum. Item inter fide-
les talis carencia est illi ma-
ius damnum qui maius habu-
it graciam [et hoc attendendo ius quod ipse habuit]. Alteri vero est maius
damnum si frequencius peccando
se plus elongavit a bono
debito habendi. Corollarium: non sequi-
tur carencia seu privacio a
bono est maior pena dam-
ni Sorti quam Platoni racione unius
consideracionis, scilicet attendendo
aliquam circumstanciam condicionem in Sorte
que non est in Platone, igitur
talis carencia seu privacio
est maior pena dampni in
Sorti quam Platoni, patet quia est
fallacia secundum quid ad simpliciter.
Unde cum toto ante stat quod talis
carencia sit simpliciter maior
pena dampni Platoni quam Sor-
ti propter alia circumstancia seu